

tans cœpit requirere opportuna sibi belli auxilia, quæ plurima ipse à Thusciis recepit, cui Masicus Princeps mille viros cum navibus dedit, quorum pars Clusium, pars Cosas habitabant. Horum etiam alii sagittarii, alii verò optimi erant bellatores. Venerabilis Pallas, cujus agmen optimum, & pulcherrimum, & decoris armis fulgebat, & in ejus navi Apollo auro depictus erat.

Populonia verò Mater sexcentos fortissimos dedit viros, ut ait Virgilius:

*Sexcentos illi dederat Populonia Mater  
Expertos bello juvenes, ast Ilba trecentos.  
Quæ Insula Ilba præ ceteris metallis abundat.*

Pisa autem Thusciæ Civitas nobilissima dedit ei milites numero mille expertissimos, densos acie, atque horrentibus hastis, quibus Alfilias Astronomicus, & Augur, futurorumque præscius princeps constitutus est. Quæ Civitas in Thuscia à Pelopide Tantali filio constructa est.

Si summariè tempora colligere volumus, ponamus primò, quod à Pelepe Civitatis conditore usque ad destructionem Troje per ejus nepotem factam, potuerunt esse Anni circa ECL., & à destructione Troje usque ad Urbem conditam fuerunt Anni CCCCLIV. ut superius dictum est. Ab Urbe autem condita usque ad Christum Anni 752., ut ait Paulus Diaconus in Historiis Romanorum. Addamus Annos Domini secundùm quod currunt, & tantum tempus exstet quod Civitas Pisana condita est ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

*Explicit Liber de Origine Civitatis Pisanae  
compositus à Fratre Bartholomæo  
de Sancto Concordio Ordinis  
Prædicatorum.*

Ab Adam usque ad Diluvium fuerunt An. 1242. A Diluvio usque ad Abramum Anni 1174. Ab Abram usque ad Moysen Anni 450. A Moysé usque ad Christum Anni 1639. A Christo ad hodiernum diem f. anni 1270<sup>4</sup>. Ad certitudinem præsentium, & memoriam futurorum. Cùm Venerabilis D<sup>r</sup> Ugo de Pisis Dei gratiâ Nicosiensis Archiepiscopus in Romana Curia tempore D<sup>r</sup> Clementis Papæ IV. pro jure & libertate suæ Ecclesiæ conservandis adesset, inter alia scire cupiens veritatem adventus B<sup>r</sup> Petri Apostoli de Antiochia ad Urbem, in quo loco primo applicuerit ciitra Mare, cùm de hoc ab hominibus veritas ferè ignoretur: comperto, per quos veritas sciri poterat, fecit inquirere à Thesaurariis Domini Papæ in Thesaurario secreto dicti negotii veritatem; & sic quemdam librum reperierunt, qui dicitur Pantheon, idest totum continens. Et verè totum universum, namque vetus & novum Testamentum in summa connectit, & à principio Mundi Patriarcharum, Prophetarum, Regum, Principum, Virorum Illustrium, Doctorum, & Auctorum Ecclesiasticorum & Auctores, quos etiam secuti fuerant, scilicet Eusebium, Clementem Papam Primum, Dionysium Areopagitam, Origenem, Hieronymum, Augustinum, Orosium, Egesippum, Strabonem, Plinius, & Solinum de Siciliam.

(1) Pantheon continuatur per varios uique ad tempora Gregor. VIII. Ugo Historiam prædictam ex eodem depromisit tempore Clem. Pap. IV.

A Mirabilibus, & Suetonium de Vita Imperatorum, & alios multos etiam Persorum, Assyriorum, Græcorum, Magni Alexandri, Romanorum Imperatorum genealogiam, processus, & fines omnium, mutationes temporum, & Provinciarum usque ad tempora D<sup>r</sup> Papæ Gregorii & Fiderici Romanorum Imperatoris Primi, Chronicam Romanorum Pontificum, & Imperatorum contemporaneorum ipsorum à tempore Christi usque ad dictum tempus. Inter alia, quæ continentur in eodem Libro,

*Liquidem multa  
qui Pantheon appellatur, inventum est in tri-  
sidera.*

Altarium circa medium sic scriptum.

*Beatus Petrus Apostolus primum Altare la-*

*pideum in Italia erexit, statim cùm transfre-*

*tavit, circa litora Pisanorum, ubi hodie est*

*Ecclesia Sancti Petri ad Gradus, quod Papa*

*Clemens Primus consecravit, qui dum illud*

*Chrismate illiniret, tunc de ipsis Papa nari-*

*bus aliqua gutta sanguinis distillaverunt su-*

*per ipsam Altaris Mensam marmoream; & ille*

*sanguis in eodem marmore usque hodie ita re-*

*cens appetet, sicut nobis videntibus ibi cecidi-*

*set, & habetur in magna veneratione. Hanc*

*Scripturam supradictus Dominus Archiepisco-*

*pus exemplavit, & exemplatam secum detulit*

*lui sigilli munimine in testimonium roboretam*

*Anno Dominicæ Incarnationis 1267. (1) Men-*

*se Januarii.*

*MCCCLVII*

*Sermo S. Isidori de S. Petro Apostolo.*

*Simon Petrus filius Johannis, frater Andreæ*

*ortus Vico Bethsaya Provincia Galileæ,*

*quæ est juxta Stagnum Genesareth, cuius pri-*

*ma vocatio Bartionia directa generatione Pe-*

*trus in Christo Ecclesiæ fundamentum est, Ce-*

*phas Corporis Christi & Princeps, & caput*

*est. Simon Johannis Virginitatis generatio in-*

*corrupta est, sed eligitur Primus, nec in me-*

*ritò, quia Apostolorum Princeps est, Confessor*

*Filiæ Dei, primus Discipulus, Pastor humani*

*generis, Ecclesiæ Clavicularius Regni, Am-*

*tor Domini, atque negator, confitendo lauda-*

*tus, presumendo elatus, negando lapsus, la-*

*ckrimando purificatus, confessione probatus, &*

*passione coronatus. Cujus nomen ex opere da-*

*tur, titulus ex merito potestatis imponitur.*

*Hic in Galatia, Pontio, Cappadocia, Bithynia,*

*Asia, atque Italia eum prædicavit, atque ha-*

*rum virtutum signis effulgit. Pendulo gressu*

*fervidum Mare calcavit; præteriens umbra sua*

*mortuos suscitavit, claudis pristinum reite-*

*ravit officium, Paraliticis arida membra in-*

*proprium reformavit statum, in Ecclesia de-*

*functam viduam suscitavit, Ananiam, &*

*Saphiram reos perfidos mortis animadversione*

*damnavit, Simonem etiam Magicis artibus Cœ-*

*lum aëreum ascendentem ad terram elisit. Hic,*

*postquam Antiochenam Ecclesiam fundavit,*

*sub Claudio Cœsare contra eundem Simonem*

*Magum Romam, Domino sibi jubente, perre-*

*xit; sed divina cooperante gratia devenerit Pi-*

*tas, prius tamen in Arni flumine; & quia*

*hyems imminebat, ibi hyemare dispositus, in*

*quo loco cùm per sex menses moram fecisset,*

*ad gradus maris Ecclesiam construxit, qua po-*

*stea in ejus nomine à Clemente Episcopo est*

*dedicata. Deinde multis comitantibus Discipu-*

*lis,*

*circ. Ann. 1257. vel, ut aliis placet, 1267.*

*uti ex MS. Codice Pisani Senatus colligitur*

*in principio ejusdem paulo post.*

qui dum cantat Johannem habens tertius insta oraculum